IOAN. BAPTISTÆ
HODIERNA
CONTROVERSIARVM FORENSIVM,
ET
PRACTICARVM QVAESTIONVM
Super l. Hac edictali C. de ſecundis nuptiis.

TOMI DVO.

CONTROVERSIARVM FORENSIVM

IO. BAPTISTÆ HODIERNA

I.C. NEAPOLITANI

Olim Primarij Cauſarum Patroni;

Deinde Magnæ Curiæ in Ciuilibus Judiciis, nunc verò in Sacro Regio Neapolitano Conſilio Senatoris Integerrimi

LIBER VNICVS.

In quo abſtruſiſſimæ quæque Diſſertationes in ſupremis Regni Neapolitani Senatibus, hactenus non agitatæ, altiori ſtylo pertractantur.

Opus non tantùm Aduocatis, verùm etiam Iudicibus, cunctiſque Forenſis Palestræ Athletis perutile, ac neceſſarium.

EORVNDEM SVPREMORVM TRIBVNALIVM grauiſſimis Deciſionibus Controuerſijs ad calcem adjectis.

Cum Indicibus, & Summariis clariſsimis locupletatum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

GENEVÆ,
Sumptibus Ioannis Hermanni Widerhold.

ANNO MDCLXVII.

DIVO NICOLAO TOLENTINATI

Huius Operis Dedicatio.

TIBI NICOLAE TOLENTINAS, *Qui perpetuam cum humani generis hoſte queſtionem ſubſtinuiſti, queſtiones legales tuo patrocinio deuinctas conſecraui, vt qui meis laboribus vti voluerint, à te pugnare pro iuſtitia condiſcant. Quid enim totus vitæ curſus tibi fuit, niſi perpetuus cum vigili hoſte conflictus? mirandum ſanè militem: quem hoſtis antè veteranum expertus eſt, quàm tyrocinium faceres in Chriſtiana militia. Munitiſſimam carnis arcem adhuc infans ieiunio aggreſſus, expugnaſti. Neque te poſtea Veneris puer potuit adultum vincere, quia tu puer ea tractabas arma, quibus ille vinceretur. Senſus ſtipendiarios tibi feciſti: oculos vigilantia, tactum cilicio, guſtum inedia, egrotantium fœtore nares, auditum diuinarum recitatione laudum armaſti: omnibus perpetuas excubias indixiſti. Ingemuit tartareæ militiæ Princeps, auxiliario milite deſtitutus: carnis perfidiam, & ſenſuum vltus eſt flagris: ſed qui te orantem verberibus acriter afficiebat, tuis ipſe verbis acrius afficiebatur. Te vidit ferrea catena conſtrictum, ſed nihil magis extimuit, quàm te ſponte captiuum: nec ſperauit poſſe illecebris capi, quem foris ferreo pœnitentiæ, intus aureo Charitatis vinculo captum teneret amor. Terrificis te ſpectris nocturnas inter tenebras orantem inuaſit: ſed quo pacto timorem incuteret Nicolao, cuius è pectore timorem excuſſerat perfecta charitas? laruatus pugnam iniuit, vt victum ſe minus puderet. O digniſſimam Nicolai victoriam, cui melius quàm Romanis prælijs intereſſent Cœlites! Sileat nunc Apollinis melodia qui Ioui poſt gigantes fulmine deiectos, diuorum agmine ſtipatus, ſuauiſſimis modulis cecinit epinicion: Habeat ſibi Nicolaus ſex ante obitum menſes ſingulis noctibus Angelos præcinentes qui Tartareos Gigantes deuicit qui eorum machinas diſiecit. Sed tibi ſanctiſſime Nicolae Tolentinas, meæ, meorumque ſalutis, & fortunarum aſſertori, nullam in huius Operis Dedicatione gratiam referimus; agimus tamen plurimas, habemus æternam. tam enim multa in me, & meos à te Beneficia profecta ſunt, vt amens ſim, ſi ea vel enarrare me poſſe, confidam. tu mihi in maximo, vel capitis, vel fortunarum periculo verſanti, non ſemel adfuiſti: tu meorum, vel morbo, vel alia calami-*

CONTROVERSIARVM FORENSIVM

IVRIS COMMVNIS, ET REGNI NEAPOLITANI,

Cum Definitionibus Supremorum eiuſdem Tribunalium.

LIBER VNICVS.

AVTHORE

IO. BAPTISTA HODIERNA

I.C. NEAPOLITANI.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta rem emphyteuticam alienare non poteſt irrequiſito Domino, & n. 25.*

Amplia etiam data facultate alienandi, cuicumque voluerit, n. 2.

3 *Facultas alienandi emphyteutæ conceſſa, cuicumque, quid operetur.*

4 *Emphyteuta recuperans rem alienatam irrequiſito domino, euitat ſententiam caducitatis, diſtingue, numero.*

5 *Emphyteuta alienans partem rei irrequiſito domino, an cadat à tota re emphyteutica?*

7 *Conceſſio in emphyteuſim cum facultate affrancandi in pecunia ſapit naturam emptionis, & venditionis.*

8 *Vendens rem cum pacto, quod pendente pretij ſolutione res ſit locata, non tenetur ad remiſſionem mercedis, re perempta.*

9 *Canon non debetur re perempta.*

10 *Periculum, & commodum rei emptæ ſpectat ad emptorem.*

11 *Ius congrui, habet locum in conceſſione in emphyteuſim, data poteſtate affrancandi in pecunia.*

12 *Statutum, loquendo de emptione, & venditione, verificatur etiam in conceſſionibus in emphyteuſim cum facultate affrancandi in pecunia.*

13 *Permutatio, quando dicatur venditio.*

14 *Emphyteuta, linea finita, vel caducitate commiſſa, an excludatur à facultate affrancandi in pecunia ſibi conceſſa, & n. 16. & 52.*

15 *Contractus, qui in veritate eſt attendendus, & non prout partes appellant.*

17 *Cepollæ diſtinctio, an facultas affrancandi ſit poſita in eodem contractu emphyteuſis, an in alio ſeparato, improbatur, & n. 18.*

19 *Emphyteuta licet cadat ab emphyteuſi, non cadit à iure rem redimendi.*

20 *Pœna locum non habet, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

21 *Pactum affrancandi in conceſſione in emphyteuſim poſitum, eſt pars illius contractus, numer. 53. 54. & 58.*

22 *Prælatio competit domino, re abſque eius conſenſu ab emphyteuta alienata, non obſtante iure luendi emphyteutæ conceſſo.*

23 *Alienatio rei emphyteuticæ abſque domini conſenſu, eſt nulla.*

24 *Emphyteuta rem emptori tradere non poteſt, ſed dominus illum inducere debet in poſſeſſionem.*

25 *Dominium rei emphyteuticæ, non transfertur ex ſolo titulo emptionis.*

26 *Conſenſus Domini in alienatione rei emphyteuticæ, eſt de eſſentia contractus.*

PRACTICARVM QVÆSTIONUM AD FAMIGERATVM TEXTVM L. Hac edictali C. de ſecund. nupt.

SEMICENTVRIA;

In qua non minus nouæ, quàm grauiſſimæ Deciſiones Iuſdicentibus, Cauſarúmque Patronis, perquàm vtiles, atque adeò neceſſariæ, Et hactenùs non perpenſæ, Nunc primùm enucleantur.

AVCTORE

IO. BAPTISTA HODIERNA IVRISCONS. NEAPOLITANO.
Olim Primarij Cauſarum Patroni.

Deinde Magnæ Curiæ in Ciuilibus iudicis, nunc verò in Sacro Regiò Neapolitano Conſilio Senatoris integerrimi.

Acceſſerunt locupletiſſimi Indices, alter Quæſtionum, Rerum àlter Singulàrum.

GENEVÆ.
Sumptibus Ioannis Hermanni Widerhold.

ANNO MDCLXVII.

ILLVSTRISSIMO VIRO,

Ampliſsimóque Patricio

D. HECTORI CAPICIO LATRO

REGIO CONSILIARIO, &c.

Ioan. Baptiſta Hodierna I.C.

REGALES haſce lucubrationes, tibi vni (Illuſtriſsime Senator) nuncupare decreui, ſiue gentis tuæ ſplendorem, ſiue perſonæ dignitatem, ſiue tua in me, atque adeo in vniuerſam Rempublic. merita perpendam. Quis enim tot pervetuſtæ familię tuæ præclaros viros ſummæque ditionis Proceres ignoret? quos inter Pariſius ille, Marinus, ac Petrus Latri ſub Sueuis Principibus, alter Sardiniae Imperialis Vicarius, Caeteri inter Regni Regulos memorantur, Itémque Ioannes, & Floridaſſus Latri ſub Andegauenſibus, ac Dyrrhachinis Regibus, alter Equitum, Peditúmque Dux, alter Neapolitani Regni Mareſcallus, eiuſdémque Prorex; Denique (caeteris omiſsis) Antonius, ac Iunior Petrus ſub Aragoneis Regibus ſupremi ordinis à latere Senatores. Si ad perſonae tuae dignitatem, & amplitudinem reſpiciam, quis profundam Ciuilis ſapientiae facultatem, quis mo-

PRACTICAE QVÆSTIONES

Ad interpretationem L. hac edictali C. de ſecund. nupt.

IO. BAPTISTÆ HODIERNA I. C. NEAPOLITANI.

ARGVMENTVM.

Numquid donatio facta ab altero ex coniugibus filiis natis ex ſecundo matrimonio ſubiaceat diſpoſitioni L. hac edictali C. de ſecund. nupt.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio l. hac edictali C. de ſecundis nupt. non militat in donatione facta filiis ſecundi matrimonij.*
Contrarium num. 6. Sed diſtingue num. 27.
2 *Parens relicta legitima filiis primi matrimonij, poteſt reliquum diſponere in filios ſecundi.*
3 *Filius ſecundi matrimonij non debet eſſe deterioris conditionis, quam quilibet extraneus.*
4 *Diſpoſitio l. hac edictali locum habet in donatione filiis ſecundi matrimonij, ſi tamen ſit filiis ex primo minus legitima relictum, ſed contrarium n. 5.*
7 *Ex donatis filio, cenſetur patris perſona contemplata.*
8 *Diſpoſitio l. hac edictali ad quid introducta.*
9 *§. fin. auth. de nupt. procedit ubi pater eſſet mortuus.*
10 *Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus.*
11 *Theſaur. in deciſ. 70. num. 12. conſutatur, & num. 6.*
12 *Verbum vago in teſtamento prolatum, neceſſariam inducit fideicommiſſum.*
13 *§. fin. auth. de nupt. declaratur.*
14 *Verbum Hortare potius conſilium, quam neceſſitatem indicat.*
15 *Concil. Trident. ſeſſ. 15 cap. 10. declaratur.*
16 *Mater ſecundo nubendo cenſetur filios primi matrimonij exacerbare.*
19 *Donatio à matre filiis ſecundi matrimonij facta viuente patre, cenſetur in fraudem l. hac edictali.*
Secus à patre & ſi viuat mater n. 20.
21 *Pater optimum pro filiis capit conſilium.*
22 *Pater præſumitur magis diligere filios, ſiue primi, ſiue ſecundi matrimonij, quam propriam uxorem.*
23 *Mater binuba non poteſt ex ingratitudinis cauſa donationem per prius filiis primi matrimonij factam reuocare.*
Limita in patre num. 24.
25 *Diſpoſitio l. hac edictali ne dum in patre, & matre procedit, ſed in filiis quoque ſecundi matrimonij.*
Sed intellige n. 48. & 53. cum ſeq.
26 *Eadem ratio præſumptionis, quæ militat in matre binuba erga filios primi matrimonij militat in patre binubo.*
Sed contrarium num. 58.
27 *Diſpoſitio l. hac edictali non tantum realem conſiderat acquiſitionem, ſed coniugum contemplationem, ſed contrarium n. 53. & ſeq. & 61.*
28 *Datum viro filio, cenſetur datum contemplatione ipſius filiæ.*
29 *Pater arrogator nedum poteſt filio arrogato impuberi ſubſtituere in quarta illi debita ſuper bonis arrogatoris ſed etiam in his, quæ arrogatus acquiſiuit ex beneficio arrogatoris.*
30 *Donatio facta filio ex ſecundo matrimonio, non cenſetur patris contemplatione facta, ubi in filio donatario merita, & coniectura conſiderabitur. Sed contrarium n. 86.*
31 *Donatio facta filio ſecundi matrimonij, non cenſetur facta contemplatione patris, ubi filius eſſet ſtudioſus.*
32 *Item ubi eſſet facta odio filiorum primi matrimonij ob eorum malos mores.*